

LIBER XI

(1). Restant immensae subtilitatis animalia, quando 1
aliqui ea neque spirare et sanguine etiam carere pro-
diderunt.

I Multa haec et multigenera, terrestrium uolu-
crumque uita. Alia <pedata ut iulus, alia> pinnata,
ut apes, alia utroque modo, ut formicae, aliqua et
pinnis et pedibus carentia; et iure omnia insecta appel-
lata ab incisuris quae nunc ceruicium loco, nunc pecto-
rum atque alui, praecineta separant membra tenui modo
fistula cohaerentia, aliquis uero non tota incisurae
ambiente ruga, sed in aluo aut superne tantum imbri-
catis flexili uertebis; nusquam alibi spectatiore natu-
rae rerum artificio.

(2) In magnis siquidem corporibus aut certe maio- 2